

Rome, 6 octobre 1600. *fer 62*

/ R^{de} in Christo Pater. Haesi diu, deberemne Summo Pontifici si-
 gnificare quae ad me R. V. scripsit, an non. Veritus sum, ne nimi-
 um illum contristarem, et incommodum aliquod crearem personae illi
 quae fortasse ex repentino solum motu fulminavit et tonuit. Novi
 5 enim hominem bonae naturae, et cito moveri, et cito conquiescere.
 Cum R. V. conscientiae bonae testimonium habeat, quid metuit? Ig-
 norat veritatem omnia vincere? Si necesse fuerit iureiurando sus-
 picionem purgare, quis prohibet id facere? Non opinor fulminantem
 illum hominem spernere iusiurandum. Quamvis autem non putaverim
 10 utile, ut rem totam Pontifici aperirem, tamen proxima die Iovis
 dicam ei aliquid de suspicione concepta; et si R. V. cupit ut ex
 ore Pontificis ad vos vel ad personam illam scribam aliquid quo
 suspicio tollatur, significet uno verbo, et libenter faciam: ~~ni~~
 nescio enim an vobis consilium hoc probetur. Vale R^{de} Pater, memor
 15 mei in sanctis orationibus et sacrificiis tuis. Datum Romae die 6
 octobris 1600.

R.V.

Patri Iohanni Vivario Aquensi.

F. B. 5, f. 144. Minute autogr.